TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_0772**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

Cronache Latine

758
a
777

3. Cronaca veneta

1329-1339

(Doge [redacted] Dandolo)

FRANCESCO

772

5

34

1329 D

Franciscus Dandulo dictus Canis quod cognomen exortum fuit a quodam de stirpe sue prolis, et non ut fert vulgus a legatione habita ad summum Pontificium pro pace Ferrarie, Dux eligitur ordine antescripto anno Domini 1329 de mense Januarii. In introitu Ducatus hujus Ducis cepit esse penuria frumenti. Mittitur ergo Nicolaus Falerno cum galeis et aliis navigiis qui de partibus Sicilie adduci facit copiosam quantitatem bladorum. Eo tempore due Galee redeuntes de Flandria capiuntur a piratis Januensibus de Monaco. Thomas Viaro Capitaneus Gulphi obviam habuit sex Januensium galeas, habitoque cum illis colloquio, asserentibus se amicos et pacifice navigare, licentiantur a capitaneo predicto, qui redargutus ab aliquibus insecutus est eos; et congressus cum eis vincitur amissis quinque galeis reversus Venetias cum tribus, muletatur carceribus; magis quam potuit colloquium cum eis, et fide data congressus fuerat: qua ratione conflictus.

Hic Dux primo cudi fecit monetam dictam Mezanini que erat medietas unius grossi.

Incipiente florere potentia Alberti et Mastini de la Scala, qui fuerunt nepotes Canis grandis, Bertrandus Patriarcha Aquilejensis suasu occulto dictorum Dominorum, abstulit furtive Venetis Castrum Vallis anno Domini 1333. Veneti congregato exercitu penes Polam, territorium Forijulii undique populantur. Et cum exercitu Veneto Rizardus de Camino obsidet Sacilum Domini de la Scala ut augerent discordias et acquirerent Venetis inimicos, cum jam concepissent quid contra eos moliri intendebant, favent occulte utrique parti. Tandem hiis animadversis insidiis, Veneti et Patriarcha contrahunt pacem, reddito Venetis Castro Vallis: adjectis hiis conditio=

nibus, quod

nibus, quod dictus Patriarcha et subditi sui non debeant
acceptare, neque defendere aliquam terram Istrie, que
rebellarat Communi Venetiarum; imo tentatur eas
restituere Venetis si venerint ad manus suas.

Sequitur memorabile bellum gestum contra Albu-
lum et Martinum de la Scala fratres; Sed res altiu-
scule repetatur. Paulo post mortem crudelissimi
Ezelini de Romano. Albertus de la Scala antiquus eli-
gitur Capitaneus et defensor populi Veronensis: ejus
successores sub tali titulo pautatim invaserunt do-
minium civitatis; omnes usque in tempore Al-
boini et Canis dictis grandis summa reverentia
semper coluerunt Ducem et Canem Venetiarum.
Henricus septimus de Longeborg: qui descendit
in Italiam, admissus in Verona, perhabitu
tractatu cum Vicentinis, qui erant sub dominio
Padue, invasit Vicentiam. Paduani qui erant
in presidio dicte civitatis, captivi trahuntur
Veronam. Henricus instituit Vicarios Imperii
Alboinum et Canem grandem de la Scala, in Vero-
na, et Vicentia; Rizardum de Camino in Tarvi-
sio. Gilbertum de Cortigio in Parma. Passarinum
de Bonacossis in Mantua. Paduani qui se primo
dediderant Imperatori, rebellantur eidem, contra
quos tamquam reos lese majestatis Imperator prę-
dictam diram sententiam fulminavit. Sublato huma-
nis Henrico imperatore, post multa bella, varios
eventus, alternas clades, intestina odia, et calami-
tates bellorum civilium per Canem grandem dicta
civitas Paduana tractatu Marsilii de Cararia, ut su-
prius tetigi ~~tractatu~~ subjugatur. Et anno Domini

1329 dictus Canis grandis acquisita civitate Tarvisii fama gestarum rerum satis clarus vitam finivit, substitutis in dominatione dictis Alberto et Mastino nepotibus, quibus ejus naturales filios comendavit.

Albertus et Mastinus igne effrenę juventutis accensi et patrui famoso nomine et secundis rebus inflati ambitiosissimo spiritu, ceperunt sollicitare statum quarumdam civitatum Marchię et Lombardię. Unde Brixia propter eorum infestationem se dedit Johani Boemię filio quondam Henrici septimi Imperatoris; idemque fecerunt Pergamum, Cremona, Parma, Mutina, Regium, Lucha, et quędam alię civitates. Azo Vicecomes Dominus Mediolani pręstitit obedientiam dicto regi, retinendo in se tamen dominium suarum civitatum.

Post recessum dicti regis ad partes Francię, dimisso Karolo filio suo loco sui Mastini de la Scala per insidias habuit Brixiam

Post juxta moenia Urceorum districtus Brixię conveniunt Domini de la Scala, Azo Vicecomes, Marchiones Estenses, Ludovicus de Gonzaga qui expulso Passerino dominabatur in Mantua, et ligam contraxerunt contra Regem Johanem. Azo prędictus donavit illis moenia Urceorum Azo cum exercitu suę ligę habuit Pergamenum, expulso Vicario regis Johanis. Karolus filius regis, qui erat Parmę commisso pręlio expulit Marchiones ab obsidione Mutinę. Rebellante Papia Regi Castrum se tenuit. Rex descendens in Italiam cum exercitu temptavit congredi aperto campo cum gentibus ligę. Colligati deliberant posse vincere sine congressu. Rex initis treguis cum colligatis, revertitur in Boemiam.

Postea colligati nunciant in Bavaria regenti, quod nolunt amplius treguas: idemque notificant Parmę, Mutinę,

Regio et Cremone. Conveniunt sub inde ad moenia Urceorum Azo Vicecomes, Mastinus de la Scala, Obizo marchio filii Ludovicii de Gonzaga, et Ambasiatores Florentie animo delendi nomen dicti Regis Johanis de partibus Lombardie, et facta unione dividunt inter se civitates, que erant sub rege Johane, hoc modo: Quod Azo Vicecomes habeat Placentiam et Burgum Sancti Donini, Marchiones Estenses Mutinam, Domini de Gonzaga Regium, Domini de la Scala Parmam, Commune Florentie Lucham, jurantque illas communibus viribus pro posse recuperare, et eas dividere, ut dictum est.

Dum Albertus de la Scala equitasset cum exercitu contra Parmam, illi de Rubeis tradiderunt illam dominis de la Scalam. Guido Ricius, et Gilbertus de Fojano dederunt Regium eisdem dominis, qui illud consignaverunt Ludovico de Gonzaga, sed sub jure foendi, quod egre tulit dictus Ludovicus, nam Regium sibi per foedus Lige libere debebatur.

Porrus de Rubeis tradidit Lucham eisdem Dominis de la Scala, quicum sub suo dominio tenuerunt contra foedus Lige: Unde ambasiatores Communis Florentie exposuerunt coram dictis fratribus, quod desiderabant conservare eorum amicitiam illatas: si darent Lucham communi Florentie sibi debitum ex foedere Lige: et in hoc casu Florentini offerebant se soluturos dictis fratribus expensas factas contra Lucham ultra centum milia florentiorum, aliter vero inter eos discordia sequeretur.

Albertus et Mastinus consilio Marchionis Spinete qui affectabant dominari in Lucha, responderunt, hoc facere de jure non posse, quia receperant Lucham loco pignoris a Petro de Rubeis, seseque esse vinculo juramenti

astrictos ad restitutionem ejusdem

Die XIII Maii 1336 Obizo Marchio intravit Mutinam: et eodem anno Burgum Sancti Donini datur Azoni Vicecomiti. Et ita brevi tempore fama Regis Johannis evanuit in partibus Lombardie, et contra altitudo fame et potentie Alberti et Mastini in tantum ascenderat, ut omnes ei applauderent tamquam futuris Dominis Italie. Ea tempestate aderant Verone eodem tempore legati Aretine urbis sue civitatis dominium cum clavibus offerentes: nam oprimebantur a Florentinis et Perusinis.

Marsilius et Ubertinus de Carraria quondam Domini Padue, Guizello Advocatorum Dominus quondam Tarvisii, Azo et Guido fratres de Corrigio avunculi dictorum Dominorum, Rambaldinus Dominus quondam Novarie, Parius de Vivaro de Vicentia, Corradinus de Confaloneriis de Brixia, Galeatius de Castrobarcha, Manfredus de Pijs quondam Dominus Mutine, qui postea fuit ad mandatum Dominorum Marchionum Estensium. Guido Riciis et Gilbertus de Fojano quondam Domini Regii, Martinus de Castello de Civitate. Lodovicus Vicecomes expulsus de Mediolano, Marchio Spinete, quondam Comes expulsus a rege Sicilie. Capitaneus forensis et militie, et rebellis Ecclesie, tres filii Castrutii de Terminellis quondam Domini Luche, Pisarum et Pistorie. Ambasciatores Communis Florentie, Nuntii Ludovici dicti Bavari, qui invaserat imperium rebell-s Ecclesie, et alii Nobiles Ambasciatores. et nuntii aliarum partium. Hi fumi vulgales artefictique blanditie animaverunt vehementius dictos fratres ad ambiendam dominationem totius Marchie Tusie et Lombardie - Coegerunt que etiam eos insidiari suis colligatis: non solum enim fraudarunt Florentinos civitate Luchana, sed temptaverunt occulte venenari

facere Azonem Vicecomitem, et ter per proditionem auferre Mantuam ab illis de Gonzaga

Interhec Rolandus et Marsilius de Rubeis, qui dederant dictis tyrannis Parmam, cernentes se et amicos paulatim deprimi ab illis de Corigio admissis in dictam civitatem contra pacta habita in traditione Parme et indigne tractari ab ingratis dominis et mortis periculum confugiunt Venetias ~~seu~~ ad arcem solam tutissime libertatis, et dotantur civilitate dicte Urbis. Petrus fingens ire in auxilium Regis Bohemie contra Ludovicum dictum Bavarum invasorem Imperii intravit Pontremolum, eademque ambitione ~~Imperii~~ suprascripti tyranni vexari non veriti sinenulla causa precedente Venetos de se et domo sua tam benemeritos iniquissimis et hostilibus injuriis provocare. Primo posuerunt in Pado, in quo nihil agere habebant unam cathenam penes Hostiliam contra foedus antiquum quod ipsi fratres juramento firmaverunt per Baladinum jurisperitum nuntium suum, ut continetur in publicis documentis, quibus cavebatur quod nullam in Pado contra quoscumque facerent novitatem nec intromitterent in districtu Padi.

Insuper in eorum districtu imponebant prohibita tributa et gabellas contra pacta per que limitatum erat quod quantum et ubi Veneti in eorum terris solvere tenebantur. Insuper imponebant decimas et collectas super possessionibus Venetorum et Monasteriorum quas possidebant in districtibus Paduanis et Tervisinis contra pacta: nec promittebant conduci Venetias fructus et reditus dictarum possessionum eorum, quos laboratores vexabant angariis

et oneribus personalibus. Molestabant etiam Motham, Caminum et Buffoletum antiquitus Dominorum de Camino, quę ante annos quinquaginta ipsi domini de Camino dederant et posuerant sub protectione Communis Venetorum, asserentibus dictis dominis de Scala, quod erant de jurisdictione comitatus Tarvisii eis subjecti: Veneti de more suo temptarunt placidis litteris, nunciis et ambasiatoribus flectere voluntates dictorum fratrum offerentes se velle stare juri. Dicti fratres trahentes rem in longum, ridentes de sigillis plumbeis, et palam delongatis, et ob hęc putantes se magis timeri, tandem responderunt nolle stare juri. Ultimo fecerunt fieri apparatum lignaminis, et rerum omnium opportunarum ad ędificandum unum Castrum ex parte equestris, jusseruntque fieri illud Castrum ad fines maris, in loco ubi alias Paduani aliud Castrum ędificaverant, coactique fuerant illud prosternere, et per pactum initum cum Venetis promittere non ędificare amplius, donec deffiniretur de jure an locus ille esset districtus Paduani an Veneti. Fossores ergo et magistri, equites et pedites sub quodam Saguntino artopelone mittuntur a dictis Dominis ad locum predictum de nocte de mense Maii 1336 ad ędificandum castrum predictum. Clugienses habita notitia rei clamaverunt ad arma et ampraverunt et fortificaverunt Stalimbellum et Montalbanum quę erant ita vicina hostibus, quod cum machinis attingebant et lapidabant locum, ubi inimici ędificare volebant. Erat sermo vulgaris quod Scaligeri Domini Castrum illud construi faciebant pro sale faciendo: sed altior cura cordibus eorum insederat, nisi ut cum isto novo Castro invadere etiam Castrum Clugię et postea ulterius procedere ad majora et graviora.

Vendi ex improviso levis auditis et maxime Dux, nullo impetu moti decernunt more majorum quietis animis mittere Legatos Veronam. Pergunt igitur et data audientia presentibus et illis qui consulebant dictis Dominis non secundum propriam conscientiam, sed secundum arbitrium et voluntatem ipsorum dominorum: exposuerunt que Venetos mirari de re presumpta, ostenderuntque pacta contracta cum Paduanis et rogant ut de plano revocent que facta sunt, quare non licet cuique accedere de facto sua auctoritate ad ea, que pretendit esse sui juris, sed per leges vel amicos communes. Suprascriptorum fratrum superba fuit responsio: Nos sumus Domini Padue, Tarvisii, Vincentie, Cenete, Feltri, Cividadi, Luche, Brixie, Parme, et Verone, et sic damnamur quod nullus potest compescere nostros motus, nec votis nostris obsistere: ignorare licet nobis pacta, que habuistis cum Paduanis, quia sumus liberi Domini omnium civitatum predictarum, nec tenemur aliquibus pactis habitis et firmatis cum civitatibus ipsis, quia omnia sunt expirata propter nostram dominationem: Equora dant certos confines: terra autem subest nobis: nihilominus deliberabimus super inde, et per nuntium discretum respondebimus oraculo vive vocis. Antequam Domini suprascripti mitterent Venetiam nuntium responsorum. Petrus de Marano dictus Nanus honeste senectutis, legatus et prudentissimus, optimique consilii, multum creditus et dilectus aput progenitores dictorum Dominorum, tentavit quantum potuit flectere animum Mastini, qui et junior et ambitiosior erat Alberto fratre: ad amicitiam Venetorum fretus igitur auctoritate senectutis, fama

conscientie, et fiducia antique familiaritatis et fidelitatis, dixit dicto Mastino. Charissime et dilectissime Domine et fili que vexaria est exponere tot tantasque Civitates, quas tenes extremis periculis? quid tibi cum littoribus Venetorum quos patres sui summa reverentia prosequti sunt, quos etiam veneratur tota Italia et pene universus orbis? dimitte illis sua littora: tu tene et rege terras que tue sunt: cetere eorum defferentie et querele, que sunt suborte inter vos facillime dissolventur: desiste modo ab ista que gravissima est: si hoc feceris, habebis semper favorem Venetorum, seu quodam robur et fortilicium. At si volueris cum eis bellum gerere, crede mihi bellis multis circumvenieris. crede mihi Veneti terra marique potentissimi sunt: omnes qui tibi applaudunt, non te diligunt tue secunde res de votis amicis judicare non sinunt timeo Lombardos minantur Tusci. illi invenient causas varias. Tusci jam te accusant si potentissimos Venetos contra te provocaveris, adherebunt eis, et quia tecum omnia ex fide possum dicere, sis quid dicunt Florentini ecte: Quid Azo Vicecomes et Domini Mantue? Timeo etiam populos Civitatum, qui ubi sunt mota bella, semper sunt avidi rerum novarum, et fortunam non fidem sequuntur: si placaveris Venetos, pericula ista cessabunt. Hic Petrus fluentibus lacrymis et suspiranti pectore hec dixit. Mastinus non flevit, sed turbatus Petri sermonibus, intuens illum torvo lumine respondit: aut pusilanimus qui ista timet, aut invidus qui facta nostra retardat. Petre, que dicis non sunt nobis grata, et reflectens gradus dixit, subducto supercilio: qui cupit revocare que facimus exeat de consistorio nostri consilii

paululum
Post. sub eodem tempore mittitur Federicus ab equis cum potenti manu ad loca Salinarum pro tutela construentium fortilitium inceptum et presidio dicti loci. Et venit Venetias quidam Jurisperitus subdolus, conscius voluntatis dictorum Dominorum, et qui sepe usus fuerat officio legationis ad Comunitatem Venetiarum pro aliis differentiis que emerserant. Hic data sibi audientia in senatu, non divertit faciem ad Ducem, non circumvolvit oculos ad illos de Consilio, sed deorsum inspiciens simulate prefatus est amorem antiquum, et prosecutus est edificium illud non fieri in detrimentum Venetorum, sed ut Domini de la Scala tuerentur ab hostibus fines suos, quod de jure fieri poterat, ut pote in loco Paduani districtus de jurisditione dictorum Dominorum insuper licere Venetis in terris et districtibus suis, et Dominis de la Scala in suis, augere tributa: Motham, Caminum et Buffolelum occupati injuste a Venetis, quia sunt in districtu Tarvisii eis subjecti. Commissum autem esse sibi a Dominis suis ut responsum sibi factum, petat in scriptis sibi dari et mittat ad dictos Dominos, ut deffinite respondeant. Ad hec dux turbatus respondit: Petis dare responsum in scriptis, ut antecipetur tempus ad consumandum edificium ceptum apud Salinas: nescimus quid Dominos tuos ad istum furorem impulerit cum nullam causam nocendi nobis eis prebuerimus et integra fide servaverimus pacta jurata, et firmata inter nos, et tu es testis, qui sepe ad nos eorum parte venisti; scis etiam te et alios oratores suos non solum non contempserimus, sed debito honore susceperimus; nec valet excusatio quod illud construi faciant edificium et suos fines tueantur ab hostibus, cum nulli a parte maris contra eos possunt

insurgere. Si possint augere tributa, scis tu qui foederis media-
tor fuisti: recibiscant Domini tui ne quod nunc gratis possunt
habere, posse grandi pretio emant, caveant ne sal quem
cupiunt facere capitibus suis incidat. Summe intentionis
nostre est, quod prosternant edificium presumptionis,
et quod Padus sit liber secundum pacta: non augeant
contra fedus tributa, non impediant se de Motta, Ca-
mino, et Bofoleto: permittant conduci Venetias redditus
Venetorum, et monasteriorum nostrorum: non vexent
laboratores nostros angariis, et oneribus personalibus; sic inter
nos pax erit, et tranquillitas, jussitque Dux dari responsum
nuntio in scriptis quod misit Veronam.

Dum nuntius expectaret responsum a Dominis
suis dilatum de industria per dies duos et viginti,
interim consumatur opus edificii cum vallo et tri-
plici fossa altisque aggeribus, et cum altissima
turri in medio compacta ex lateribus, munitam-
que machinis et propugnaculis. Tandem nuntius
refert Duci et Consilio: Domini Verone dicunt quod non
credunt violasse vestros fines, et quod sui honoris
non esset deserere opus jam inceptum et perfectum
sed sunt contenti quod cognoscatur de jure vel per
amicos si fieri poterit. Ad hec Dux: bene scimus cau-
sam propter quam dilata est ista responsio: si pro-
sternant et diruant totum castrum cum omnibus
suis circumstantiis, contentamur quod de jure vel
per amicos postea cognoscatur utrum districtus
paduani sit locus super quo erat fundamentum. Ad
hec nuntius: non habeo super hoc aliud in mandatis,
necesse est parere Dominis meis. Tunc Dux a modo
contra turbatores pacis, violatores foederum, illatores

injuriarum, et quodsi demoniti nolentes resipiscere: licet nobis induere arma justissima. Dux tamen erat opinionis non dimicare aperto bello cum dictis tyrannis. asserens bellum in terra firma susceptum presertim in Marchia et Lombardia futurum semen et materiam multorum aliorum maiorum bellorum, et infinitorum sine requie laborum, sed more majorum claudere palladas, interdicere hinc inde commertia, et prohibere agressus Venetorum ad terras suas et subditorum suorum ad terras Venetorum, leviter resisti posse sati faciendo, custodiri Motham, Caminum et Buffoletum, non esse timendum de vastatione Istrie intermedio patriarcha amico et qui oderat dictos tyrannos nec dubitandum de victualibus aperto mari et Pado, Liquetia et aliis partibus Tuscie et Lombardie atque Italie: parvipendenda esse damna redditum districtuum Padue et Tarvisii, cum ipsi tyranni in centuplum majora paterentur propter interditionem commerciorum, et quod in brevi tempore victa eorum ambitione a necessitate humiliarent se ad pacem, sicut alii ex progenitoribus se humiliarunt propter similem interdictum. Addebat insuper providus Dux, quot profluvium pecuniarum effunderetur in tanto bello, et quod respublica multum exinanita tempore Petri Gradenico Ducis nondum redierat in pristinam opulentiam. Tandem dum esset ponderatum a pluribus super hac materia decretum est propulsare injuriam aperto bello et congredi hostiliter cum dictis tyrannis. Tunc Dux: nephas esset reputare justum quod decrevit prudentia tanti Consilii: decretum vestrum alacri animo suscipiam et tota mente complector, vigilantissime et promptissime

exequar die noctuque facta belli. Sed scitote quod potius vitam deseram quam assentiam hoc bellum terminari aliter quod cum finali victoria, aut indigni depressione inimicorum et honorabilissima pace nostra. Sic apparet effectu ope-rum, nam sine intermissione in executione belli ad exter-minium hostium summopere vigilavit, multos amicos tyrannorum eis fecit inimicos, et acquisivit eis alios inimi-cos, nunc armis et viribus, nunc tractatibus et ingeniis, subvertit statum multarum terrarum et castrorum: voca-bat ad se instructos in artibus militaribus, et in pavimen-tis sue aule depingi, et designari fecit terras et castra quas intendebant habere vel per insidias vel per vim ut inspitiaretur qua via adiri poterant, et qua parte faci-lius ivadi possent: tota civitas patrio more describitur, et per duodenas describitur: descripti fuerunt quadragin-ta milia atque centum a vigesimo usque ad sexagesi-mum annum: proiciuntur sortes qui primi qui secun-di deinceps usque ad duodecimarium per se vel alios militent reipublice: priores super quos sortes ceciderunt, mittuntur ad custodiam castri constructi contra castrum inimicorum jam machinis aliisque bellicis instrumentis premunitis. Populus indigne ferens superbissimam tyranorum audatiam, ardentibus animis se obtulit sine sorte et stipen-dio militari. Rolandus et Marsilius de Rubeis Parmenses venientes Venetias, et se Venetis offerentes, civilitate do-nantur. Florentini Luchana civitate fraudari non ausi prius soli belligerare cum potentissimis tyrannis, arepto tempore mittunt legatos Venetias. Hi in Consilio prefati sunt antiquam amicitiam, comunem libertatem justitiam et magnificentiam Venetorum, exasperant superbiam, ambitionem, infidelitatem, crudelitatem et

temeritatem ipsorum fratrum, qui per scelerum gradus, et strages populorum ad dominationem Italię ascendere conabantur, cujus salus et libertas pendebat in hiis duobus Comunitatibus; preoccupandum esse ~~[illegible]~~ tempus ad opprimendum eorum potentiam, antequam ita crescat ut frangi nequeat: audiant ~~[illegible]~~ potius strepitum armorum nostrorum, et classica nostra in terris suis, quam nos sua in finibus nostris, sperandumque omnino esse quod de superbia, humilitas, de crudelitate, humanitas, de mendatiis veritas, et de injuriis innocentia triumpharet. Decernitur in consilio in societatem hujus belli admittere Florentinos: contrahitur liga ad belligerandum cum hostibus, communibus viribus et impensis, duratura usque ad destructionem et confusionem ipsorum, et hęc firmantur juramento per publicum documentum anno Domini 1336 de mense Junii. Florentini eligunt Capitaneum suum Marsilium de Rubeis, sed prius de mandato Venetorum equitavit ad custodiam Motthę et locorum Dominorum de Camino.

Divulgata per Italiam et ultra alpes hac felici confederatione confluunt Venetias innumeri mortales instructi in re militari, insuper exules ejecti et banditi de terris locorum ~~Venetorum~~ tyrannorum; fit delectus gentium per colligatos effusis pecuniis equitum peditumque in diversis Italię civitatibus: conducuntur Itali, Franchi, Alemani, Burgundi. Hii per Tusciam et Romandiolam mittuntur Ravennam: nam Azo Vicecomes, illi de Gonzaga et Marchio denegabant dare eis passum per Lombardiam, quare nondum finitus erat terminus Ligę quam contraxerant –

cum illis de la Scala Bononiensis et Ostasius de Polenta Dominus Ravennæ, ea tempestate rebus Venetis multum favebant. nam Bononienses licet intus vexati civili discordia et exterius excommunicatione populi, quia ejecerant de Bononia legatum Apostolicum, tamen permiserunt Venetis stipendiatæ gentem armigeram in sua civitate, et transitum dederunt aliis suis gentibus versus Ravennam. Ostasius autem receptabat omnes in sua civitate, littoribus et portibus suis, unde cum navigiis conducti fuerunt Venetias, et depositi super littore Sancti Nicolai, in quo miro ordine preparatæ erant stationes in omnibus necessariis tam ad victum hominum quam equorum

Mastinus et Albertus de la Scala hiis motibus territi, aliquantulum dimissa superbia per Marsilium de Carraria legatum eorum petunt reintegrari concordiam destruendo Castrum Salinarum, et nihil auditum est.

Interhæc Veneti et Florentini pari voto eligunt generalem Capitaneum hujus belli Petrum de Rubeis fratrem Rolandi et Marsilii, præ ceteris Italiæ instructissimum in re militari, tunc obsessum a Scaligeris in Pontremolo, missaque sua secrete dilatione prædicta, jubetur venire ad collegatos. Petrus cupido animo amplectitur oblatum honorem. Dum pararet se et inde occulte recederet, uxor ejus pudicissima mulier affixa pedibus mariti cum sex filiabus quas sibi pepererat, fluentibus lacrymis inquit: Dilectissime et amantissime conjux, obsessus es: si abieris, quo modo poteris obsidentium manus effugere, differ, queso, Donec melior nobis fortuna affluxerit: miserere harum Virgunculárum, filiarum nostrarum atque mei: nam si quid adversi, quod Deus avertat, accidat in magnas incidemus calamitates.

erimus opprobrium nostrę domus, et ludibrium inimicorum nostrorum. Ad hęc Petrus respondit: se prevdisse iter faciendum, et quod hanc deponeret curam, animique gravedinem; esset que bonę voluntatis, quare in brevi de eo facturam novam audiret. Flectur tunc illam flexis genibus, tensis palmis, et levatis ad coelum oculis, miserando fletu advocasse in adjuctorium et tutelam mariti Virginem Dei genetricem ita ut astantes lacrymas retinere non possent. Petrus ampluis solatus eam, disposito presidio, et comendatis uxore, et filiabus et fortilitio amicis, silenti nocte, electa hora cum uno fido socio in habitu servientium oculte egreditur, et superans vallum et fossas et transgressus fautos stationes inimicorum tandem evasit in loca tuta applicuitque Florentiam; ubi a civibus tamquam dominum aedituum missum incredibili alacritate suscipitur.

Parata erat Florentię ante adventum Petri expeditio contra Lucham. Petrus igitur cum exercitu Florentino discurrit hostiliter per oppida et agros districtus Luchę et usque ad moenia civitatis omnia ferro, et incendio populantur, capitque magnam predam, et dum moratus fuisset per spatium ante urbem territam, premissis turbis cum spoliis longe subsequitur. Luchani tacti dolore prędę, mittunt quingentos equos, quos Scaligeri miserant in presidium tutę civitatis ad intercipiendum exercitum Florentinorum: Hic per itineres compendiosos celeriter equitantes, superatis montibus, descendunt in campis Ceruti ante faciem inimicorum, irruuntque magnis clamoribus in eos improvisos, et offam vagantes capitur banderia Petri, suique equites fugiunt, prędo relicta. Dum Scaligeri se vicisse

putarent, esse Petrus clamoribus nuntiis, diversisque signis in momento sistit fugam suorum, et separatos per intervalla conjungit, structaque acie et animatis militibus, ut debat brevitas temporis, dat signum pugnae, et justo confligit bello: post acre proelium obtenta victoria capitur imperialis vexillum Dominorum de la Scala, trucidatisque multis fugientes insequitur usque ad moenia civitatis, ubi aliquandium stetit ubi minantibus armis, recuperatisque omnibus praedis trahi fecit illud imperiale vexillum per coenum et pulverem cum insigni gloria gestae rei, Florentiam est reversus. Fertur Petrum hoc proelio ostendisse magnitudinem animi, strenuitatem corporis, et quantam haberet scientiam rei militaris. Hae fuerunt primitiae ejus belli.

Dum haec in Tuscia aguntur, fortuna in partibus Marchiae Tarvisinae dictis tyrannis parumper arrisit, forte ut eorum aucta superbia graviore rueret praecipitio. Gerardus de Caminas magis ardentius animi quam prudentius consilii residens de Mothia 17 Julii in nocte cum vallida manu robustorum juvenum accessit Opitergium evulsoque vallo et fracta porta intrat Castrum, et ascensa turri, captisque custodibus, oppidum in propriam redegit potestatem. Mastinus de la Scala hoc comperto illuc accessit cum potenti manu equitum peditumque, et appropinquans praemisit pedites ad oppugnandum Opitergium. Illi a Gerardo cum ignominia expulsi ad Mastinum qui iratus jussit equites descendere et simul cum dictis peditibus oppugnare castrum commissa acri oppugnatione pauci a multitudine facile vincuntur=

tur interfectaque majori parte castrum reimperatur. Gerardus et aliqui quibus fortuna pepercerat, trahuntur captivi Veronam. Scaligeri post sequentem successum equitant versus Caminum: dumque esset inexpugnabile, nec tempus exigerat obsidionem, obtinuerunt illud per proditionem mediante pecunia.

Prodito Camino, exercitus Scaligerorum sine ordine dissolvitur. Tarvisini Tarvisium, Paduani Paduam, Vicentini Vicentiam, et ceteri repetunt civitates suas. Creditum fuit quod cepissent Mothiam si illuc militari ordine accessissent. Marsilius enim de Rubeis nondum erat fulcitus militibus opportunis, neque bellicis instrumentis ut paulo post fuit. Deus procul dubio favit rebus Veneti et Florentinis: propter Opitergium et Caminum et captivitatem Gerardi animi partium magnificaluere. Petrus accersitus a Venetis per viam Ravenne venit Venetias, et die primo Octobris datum fuit sibi a Duce in ecclesia Sancti Marci imperiale vexillum cum his verbis: Petre, per litteras, et nuntios nostros humanis placidisque verbis nisi fuimus demoliri durissimos animos istorum de la Scala, et de plano removere eos ab injuriis: superbissima et ingratissima fuit eorum responsio et pertinacia inflexibilis; coacta igitur arma sumsimus contra eos nec dubitamus quod Deus aderit juste cause. Te pre ceteris eligimus Italie Ducem generalem, et Capitaneum hujus belli, certi quod felix opinio quam de te concepimus, et de virtute tua a presentibus et a posteris laudabitur. Intra spatium trimestrorum congregavimus ultra quatuor milia et quingentos equites et sex milia peditum, et licet in Opitergio et Camino

secundis rebus usi fuerint, attamen ad nostrum validis=
simum campum confluunt quotidie multes gentes
de partibus Forijulii. Goritiae et Catinticae, quid nisi
fortuna ceperit profecto omnis parvos tuus succesus
aperuit et ~~appar~~uit tibi viam ad ulteriores, et feliciores processus:
culmina tyrannorum sunt tremula, et de facili prona
ruinae: habebit potentissimum exercitium parem tuae
virtuti, et amplissimam materiam ingentium gerren=
darum rerum. In tantum enitere et progenito=
rum tuorum res gestas tuorum splendore obscura,
et eorum famam celebrem vince majori gloria.
Petrus brevi et magnifica responsione ~~(a)~~ de se duci et astan=
tibus prebuit spem ingentem; apparebat enim in verbis
se ad majora negotia tacito animo reservare. Mox Petrus
cum ingenti militia equitum, peditum, belistariorum, arca=
riorum, fundibulatorum, et vastatorum cumque aliis

(a) plerique quod hostes invadantur nonnulli contendebant experiri publice
fortunam belli. Petrus de Marano, cui altius insidebat cordi salus do=
minorum suorum, increpans colligatos, dixit: nec locum, nec tempus
apertum fore dolis nec proditionibus,

[illegible] cupiditate promisit
tradere castrum predictum Venetis pro quinque mil=
libus ducatis auri; et in fidei pignus dedit obsides uxorem
et filium. Et in nocte qua promiserat facere illam deditionem,
Albertus de la Scala cum Marchione Spinetae, et validam manu
equitum peditumque clam equitat ad partes Mestre:
secunda hora noctis Marchio clam admittitur in castrum
cum parte militum. Albertus cum reliquis extra se
locat in insidiis. Mane primo per duas horas ante diem

tur interfectaque majori parte castrum recuperatur. Gerardus et aliqui quibus fortuna pepercerat, trahuntur captivi Veronam. Scaligeri post sequentem successum equitant versus Caminum: dumque esset inexpugnabile, nec tempus exigerat obsidionem, obtinuerunt illud per proditionem mediante pecunia.

Prodito Camino, exercitus Scaligerorum sine ordine dissolvitur. Tarvisini Tarvisium, Paduani Paduam, Vicentini Vicentiam, et ceteri repetunt civitates suas. Creditum fuit quod cepissent Motham si illuc militari ordine accessissent. Marsilius enim de Rubeis nondum erat fulcitus militibus opportunis, neque bellicis instrumentis ut paulo post fuit. Deus procul dubio favit rebus Veneti et Florentinis: propter Opitergium et Caminum et captivitatem Gerardi animi partium magnificaluere.

...

fuit eorum responsio et pertinatia inflexibilis; coacta igitur arma sumsimus contra eos nec dubitamus quod Deus aderit justae causae. Te prae ceteris eligimus Italiae Ducem generalem, et Capitaneum hujus belli, certi quod foelix opinio quam de te concepimus, et de virtute tua a presentibus et a posteris laudabitur. Intra spatium trimestrorum congregavimus ultra quatuor milia et quingentos equites et sex milia peditum, et licet in Opitergio et Camino

secundis rebus usi fuerint, attamen ad nostrum validissimum campum confluunt quotidie multe gentes de partibus Forijuli. Goritie et Catintie, quid ni, fortuna ceperit profecto omnis parvus tuus successus aperuit tibi viam ad ulteriores, et feliciores processus; culmina tyrannorum sunt tremula, et de facili prona ruine: habebit potentissimum exercitum parem tue virtuti, et amplissimam materiam ingentium gerendorum rerum. In tantum enitere et progenitorum tuorum res gestas tuorum splendore obscura, et eorum famam celebrem vince majori gloria. Petrus brevi et magnifica responsione de se Duci et astantibus prebuit spem ingentem; apparebat enim in verbis se ad majora negotia tacito animo reservare. Mox Petrus cum ingenti militia equitum, peditum, balistariorum, arcariorum, fundibulatorum, et vastatorum cumque aliis Venetis et nobilibus et popularibus cum diversis navigiis conducitur ad partes Mottae, ibique habita monstra, universum recognovit exercitum. Tertio Octobris, Comites Tarvisini de Collalto et sancto Salvatore rebellant illis de la Scala et adherent Venetis.

Interea Tomasinus presidens custodie castri Mestre jussu Spinete Malaspine dolosa duplicitate promisit tradere castrum predictum Venetis pro quinque millibus ducatis auri; et in fidei pignus dedit obsides uxorem et filium. Et in nocte qua promiserat facere illam deditionem, Albertus de la Scala cum Marchione Spinete, et valida manu equitum peditumque clam equitat ad partes Mestre: secunda hora noctis Marchio clam admittitur in castrum cum parte militum. Albertus cum reliquis extra se locat in insidiis. Thomasinus per duas horas ante diem

juxta tractatum initum cepit lumen ignis in summo turris, quo visu Veneti mittunt sexcentos forenses stipendio conductos ad aprehendendam tenutam castri de manibus Thomasini; licet enim tenerent obsides tamen verentes dolosos et versutos animos tyrannorum noluerunt cives suos exponere dicto periculo. Thomasinus admisit illam partem stipendiariorum Venetorum, que sibi aparuit: qui mox circumveniuntur et capiuntur, aliqui sofocantur in aquis a Marchione. Albertus aggreditur exclusos, quorum aliqui interfiuntur, aliqui capiuntur, aliqui suffocantur in aquis. Albertus volens sociari gaudio victorie illius noctis, nam credebat propter vicinitatem solos cives Venetos missos fuisse, sequenti luce recognovit captivos et cadavera peremptorum, et ut deprehendis manifestis signis omnes esse forenses, inflatus ira prorupit in blasphemiam Dei, dixitque verba turpissima qualia ex ore impurissimi lenonis, aut effrontis et procacis meretricis numquam fuerant audita, parvipendensque dolosum successum Paduam cum indignatione reversus est. Hec fuerunt XVI Octobris.

Petrus apud Mothaam lustrato exercitu, curatisque corporibus militum assistentibus Marco Cornario et Andreasio Mauroceno et cive quodam Florentino provisoribus, instituit tres acies. Prime prefecit Marsilium fratrem: secunde Geroldum de Bardis Florentinum, cui assistebant Rodulfus et Bolfardus missi de Florentia. Ipse vero Petrus tenebat in medio quantum robur erat exercitus. Vexillum Beati Marci commisit Corrado de Stenoboyaldo

Ragualdo lilium Florentinum, et Soterichinam propriam Leonem. Hiis militari disciplina dispositis, Petrus eloquio excitat milites ad fortiter et strenue belligerandum; suadensque, si qui bellica facinora formidarent a castris secederent et audirent potius quam conspicerent ejus victorias, aliter in eos seviret crudelius quantum in hostes. Die 24 octobris movit castra, et quievit noctu in solitudine Sancti Pauli.

Interea Albertus, et Mastinus de la Scala cognito ingenti apparatu inimicorum jam minus superbi convocant proceres: asserunt rura reliqui, municipia, oppida et civitates impleri animalibus, mulieribus et pueris: omnes formidine hostium consternati querunt quid in tantis tumultibus sit agendum: consulunt quidam utendum esse dolis, aliqui temptandum esse de proditionibus, neque insidiis nec esse certandum cum hostibus in campo, qui numero prevalebant, et industria atque scientia rei militaris considerarent quid nuper egerat Petrus in campis Ceruli contra Lucham et prudentorum fratrum consilia, et subdidit, si pugnando equis viribus vinceremus, quis esset fructus victorie, nisi homines, qui castra sequuntur, pauperes seminudi quos sanius esset dimittere quam tenere captivos: hostes nostri qui auro abundant exercitum facile renovarent, si vincamur premia erunt victoribus: rura, municipia oppida nostra et civitates qualia vincendo contra eos sperare non possumus: tutius est igitur tueri civitates et fortilitia nostra donec congregentur armigere gentes que expectantur de Alemania, de Marchia de Lombardia ut equis viribus aut majoribus possimus in campo aperto marte cum hostibus dimicare: assensere omnes huic sententie, Mastinus in se fremens egressus a consilio fida-

fronte ibat jactantior solito hortans omnes ad certandum cum hostibus: verens tamen ne Petrus stativa haberet in burgo Mestre, die 22 octobris, quo die ipse Petrus moverat de Motha, missis trecentis equitibus jussit comburi burgum predictum cum tectis et habitationibus. Frequentissimus magnusque fuit ejulatus virorum, planctus mulierum et ploratus puerorum propter que multi graviter odere tyrannos.

Petrus apud Plavim requievit cum exercitu, in cujus auxilium supervenerunt duo filii Rambaldi de Collalto probissimi juvenes cum satis valida manu et ingenti subsidio victualium. Transnadato Plavi quievit in Quinto. Inde movens ultra Tarvisium exercitum custoditum et clausum per quendam Veronensem de Verme appropinquans ad partes Mestre, ut vidit fumantes agros, dixit, se majora animo concipere, quam castramentari in burgo Mestre, ut inopinati fuerant inimici, et quia videbatur aliquibus imminendum esse totis viribus contra Tarvisium, Petrus et fratres dixerunt ibi tota mole bellandum fore, quo se tyranni reduxerant cum omnibus viribus suis ubi minus tempus teneretur et majus proveniret emolumentum: eligendum igitur esse sedem belli contra Paduam et mediam et potentissimam: nam unum solum prosperum bellum plures simul generaret victorias: Padua enim victa et expugnata vel dedita, traheret secum Tarvisium et alias victorias: Tarvisium vero minime Paduam. Petrus igitur movens de campestribus Mestre, deinde transitum faciens per Mirana et Vigontiam pervenit ad Brintam. Nuntius tyrannorum elapsus de medio hostium notum fecit.

adventum Petri ad Brintham; tumultus fit in populo Paduano, vociferanturque, ubi sunt animi? ubi magnalia Dominorum de la Scala? cur non prohibent hostibus transitum Brinthe? Mastinus his verbis auditis, egreditur ad plebem dicens: que trepiditatio est ista, si Petrus venit, me inveniet, et eum sua precipitabit temeritas. Mox convocat proceres, jubet omnes arma induere, pulsatur ad campanes omnium templorum clangunt tube. Albertus frater armatus ascendit equum illi de Cararia, aliique nobiles, populares et forenses armati, equites peditesque secuntur illum civitati egredientem. Interim Petrus in diluculo instructis aciebus Brintham superavit et aliquantulum requievit in Palazolo, cognitoque Alberto assumere personaliter summa alacritate, propere contra eum ducit exercitum. At Albertus audito transitu Brinthe, audita magnitudine hostilis exercitus, et promptissimis ad bella animis, valde territus, deserta sua militia turpi fuga revertitur Paduam. Acies dissolute relinquunt castra cum rebus et victualibus. Petrus illa invadit, suumque reficit exercitum, Moxque properat ad portas civitatis, et in recessu omnia trahens in predam, providit in quantum potuit ne fierent homicidia, adulteria et incendia. Et hec fuerunt XXVIII octobris. Profuerunt ad traiciendam Brintham solertia et celeritas Petri et pusilaminitas et tarditas adversariorum. Tunc enim publica fama fuit quod de facili dictus transitus poterat prohiberi. At Dominus Deus exercituum illuminat ubi opus est intellectus videlicet juste et invite decertantium, ceatque mentes eorum qui ambitiose abutentes humano sanguine iniqua bella vel inferrunt vel suscipiunt.

Petro in festo, exercitu properanti in Plebem Sacci, occurrunt multi senes et juvenes dicte contrate: supplicant lacrymosis precibus ut abstineant ab hostibus violentiis, cum sint parati subesse et parere eorum mandatis. Petrus consentit, jubetque discedant, conferantque exercitui suo victualia justo pretio. Petrus scribit de Plebe Sacci Mastino se paratum congredi secum in campis collatis signis. Mastinus non dedit responsum. Die predicto turris Corani combutitur et descritur, quam postea Veneti tenuerunt. Quinto Novembris exercitus lige congregatur in Burvolenta sita inter duos rivos. Hec ... habet ab oriente equo; reas paludes, ab occidente viam que ducit versus Vincentiam, ab austro colles fertilissimos, a parte vero Boree territorium in quo Anthenor profugus a Troja prima menia fundavit. In hac villa Petrus jussit construi castrum fortissimum quod mox a Venetis cum navigiis missis munitur armis et aliis rebus necessariis. Hoc castrum intulit tyrannis ingentes clades, quippe inde discurrebatur faciliter per totum Paduanum districtum, et ad ipsum tute habebantur receptus et egressus. Petrus interea instructis aciebus equitavit ad portas Padue. Invitat hostes ad prelium campestre. Tyranni territi levatis pontibus, portas claudunt: iterum vulgo increpatur socordia tyrannorum qui non obstiterant hostibus in trajectu Brinthe.

Petrus cum aliqua parte peditum accersitur ad Caput ageri contra castrum salinarum. Illuc mittitur Marcus Lauredano Capitaneus cum classe diversorum navigiorum, et validissimis copiis robustissimorum juvenum, peditum, balistariorum, et maritimorum

omnium Venetorum, moventur intrinseci, ut de plano dedant Castrum. Spiritellus qui preerat ibi pro illis de la Scala, hortatur socios ad deffensionem; respondet quod Venetis opportere fidelitatem servare dominis suis. Tunc paratis machinis expugnatoriis, ballistis, missilibus, et aliis bellicis instrumentis, et Venetis ad expugnationem accersitis, iterum moventur ne experiantur potentiam Venetorum qui quaerunt, si possent victoriam sine effusione humani sanguinis. Denegata deditione, castrum terra marique oppugnatur: cum momento vallum evellitur: testudo expugnatoria cum ariete jam fossam tenet, et murus concutitur. Interim saxus ingens a Machina Venetorum terribili impetu emissum interfecit Spiritellum: et aliquos prope eum astantes. Mox terror omnes invadit; petito colloquio fit concordium, danturque obsides de dedendo castro, salvis propriis facultatibus si usque ad dies octo non missum fuerit auxilium. Mastinus hec nuncio deferenti respondit cum lacrymis: subsidium eis dare non possum quia iste Petrus et lupus ovili meo undique tetendit insidias: provideant suae saluti. Reverso nuncio castrum datur Venetis, foederibus hinc inde servatis. Concilio Ducis et Senatus Veneti castrum praeditum funditus evertitur. Eodem mense Coneglanum rebelle factum est illis de la Scala quod fuit initium declinationis Status eorum.

Interea Albertus et Mastinus summo conatu conduxerant et congregaverant Paduae tria milia Teutonicorum, qui omnes erant galeati, et ingentes latinorum copias de Marchia Tarvisina, Parma, Brixia, Ferraria, Mantua, Castrobarcho et de aliis locis, affectabantque pugnare in campo cum inimicis, qui castramentati fuerant penes

Bavolentum; sed timebant si egrederentur, ne populus a Teutonicis crudelibus injuriis lacessitus molirentur res novas contra eorum statum, precipue indignatus contra Dominos qui de facili poterant prohibere hostibus a trajectu Brinthe. Theotonici tamen non cessabant discurrere per civitatem, eicientes cives cum uxoribus de propriis domibus, eorum facultates convertentes in proprios usus, nec se a stupris et homicidiis abstinentes. Die primo octobris orto tumultu interfecerunt ultra ducentos de populo, adeo ut non solum subditi sed etiam ipsi Domini formidarent, idemque faciebant per villas, rusticos spoliantes et captivantes. Interea extrinseci hostes addebant afflictiones afflictis, terror omnes cives invaserat, miserabilis erat aspectus civitatis. Tunc Marsilius de Carraria palam dixit Mastino: ut tantis malis atque periculis finem imponeret. Jussu igitur Mastini mille quingenti Teotonici mittuntur Este, qui dictam terram cum suis ruribus spoliando vastarunt. Dum illi de Burgo Sancte Crucis a Teotonicis spoliarentur, Ubertinus de Carraria in eorum auxilium properavit, et a Teotonicis victus repellitur. Dum illuc properat cum Teotonicis et Latinis tota civitas armata manu concurrit in auxilium suorum civium, diesque illa pene fuit luctuosa, ne dum Teotonicis, sed ipsi Mastino: cives enim hoc precaventes munierunt se armis et extrinsecis rostris. Sedato cum difficultate tanto tumultu, Mastinus timens Ubertinum, et populum Paduanum voluit revocare Teotonicos de Este: sed Marsilius de Carraria eum removit ab hac voluntate, hortans ne de aliquo

timeret, quin Ubertinus et omnes cives erant parati fideles, et dispositi ad obedientiam, dummodo liberarentur a furore Teotonicorum. Eodem anno die 26 Decembris, Petrus de Rubey apud Permimiam pugnavit cum Teotonicis de Este, victisque illis trecentos captos libere dimisit facto juramento quod in illo bello stipendium non acciperent, nec arma induerent contra colligatos. Hoc tempore Azo Vicecomes obsedit, et habuit Placenciam, et sub hac spetie denegavit auxilium illis de la Scala. 1337. tredecim banderię Teotonicorum quę erant in Este tentaverunt proditorie occupare Montemsilicem, fraudati spe accesserunt ad partes Buvolentę: vagantes per contratam illam ad spoliationem rusticorum, post paululum alię viginti banderię quę erant in Este defecerunt a Dominis de la Scala. Albertus et Mastinus frustra imploraverunt auxilium a Lodovico de Bavaria, qui se dicebat Romanorum Regem. Etsi Mastinus personaliter ab Azone Vicecomite, a Marchionibus Estensibus, a Ludovico de Gonzaga, et licet esset ab omnibus destitutus, tamen civitates novem erant tradhuc sub suo dominio. Vigesimo primo Jannuarii Caminum prosternitur jussu illorum de la Scala.

Eodem mense legationes numero sexaginta de partibus Lombardię convenerunt Venetiis, spetialiter Azonis Vicecomitis Marchionum Estensium, et Lodovici de Gonzaga pro tractanda pace inter commune Venetiarum et Dominos de la Scala. Fuit cum illis Marsilius de Carraria nomine illorum de la Scala gratia tractandę pacis. Hic dum intraret Venetias cum barcha fuit a plebeis homunculis lapidibus impetitus cum clamoribus: moriantur inimici Venetiarum. Sive ipse Marsilius prius de industria sic ordinaverat ad celandam conceptam proditionem, sive hoc a vulgi temeritate processerit.

nisi clare reperitur. Reversus postea Paduam, dixit eisdem Dominis, se amplius non ausuros Venetias, quia timebat furorem populi. Postulantibus tunc Venetis Paduam, Tarvisium, Parmam esse in propria libertate, Lucham vero dari Communi Florentiæ, nihil obtentum est. Duo tum exordia magni ponderis, et momenti eo tempore cepta sunt. Primo Legati suprascriptorum Azonis, Marchionum Estensium, et illorum de Gonzaga qui publicaverant venisse pro tractanda pace, ceperunt habere colloquium de uniendo se cum Venetis, et Florentinis contra Dominos de la Scala, quod non caruit effectu, ut paulo post infra dicetur. Item Dux Franciscus, dum deambulando per porticum Palatii ubi erant legati suprascripti nunc cum uno legato separatim, nunc cum alio, et sic successive ad evitandam suspitionem, et tandem cum Marsilio de Carraria, idem Marsilius clam dixit Duci: quid si vobis darem Paduam. Dux immediate respondit: vos essetis Dominus dictæ civitatis. unde postea arrepto tempore congruo, partes prædictæ in scriptis super dicta materia convenierunt.

Interea Petrus combussit portam omnium Sanctorum; dum intrinseci ipsam clauderent, quidam miles Teutonicus se opponens inter ipsam et saracinescam incendio conflagravit. Sexto die Febbruarii nocte tres viri audaces tractatu Venetorum, captis custodibus, aperuerunt portam Sancti Joannis, pontem quem declinaverunt: tunc facilis fuisset ingressus, si Petrus celerius affuisset. Interim quidam clibanarius clamore excitavit cives et Teutonicos: prædicti tres fugientes Venetias receperunt premium postulatum. filius adolescens unius eorum capitur et suspenditur

penes portam. Gulielmus de Campo Sancti Petri abstulit furtive Frivilte, et rebellat illis de la Scala; idemque fecit Albifolinus de Campo Sancti Petri. Cittadella rebellat: rebellarunt Domini de Unigo de Monfumo; item castrum castrum Sancti Zenonis et Azillum: illi de Montebelluna rebellant: postea redeunt et contra fidem datam spoliantur, et hæc fuerunt anno prædicto de Mense Martii. Vigesimo sexto dicti mensis illi de Coneglano qui antea defecerant, subjiciunt se Venetis et accipiunt ab eis Potestatem in mense Aprilis. Deficiunt a Scaligeris ad Venetos, castra videlicet Sancti Petri in Paba, et Ligozoli. Tertio decimo aprilis in die olivarum Petrus cum parte exercitus Buvolentis se posuit in Burgo Sanctorum de XL. contra Tarvisium, et Veneti navigant contra Musestre. Azillum port

(B) Exercitus Venetorum, Florentinorum et Lombardorum
audita inimicorum potentia.

ibus et
ultra
in San
de XL.
bertis,
rgis

obturarunt muro portas Sarvisii. Erat Tarvisium prius quasi castrum, expulsis quasi civibus universis. fugiebant Domini in habitu rusticarum. Domina Clara de Camino relicta comitis Rambaldi. capitur dum fugeret in habitu servitricis: spoliantur loca sacra, affliguntur pauci cives, qui remanserant mutuis et datiis. Quintodecimo Aprilis, serravallum deficit ab illis de la Scala, et potestatem habuit de Venetiis. Petrus cum suo exercitu pervenit ad Brintham et strato ponte cum navigiis. Venetorum reddit Buvolentam

Anno Domini 1337 de mense Martii Azo Vicecomes, Obizo Marchio Estensis, et Amelone Ludovicus de Gonzaga

nisi clare reperitur. Reversus postea Paduam, dixit eisdem
Dominis, se amplius non accessurum Venetias, quia timebat furorem populi. Postulantibus tunc Venetis Paduam
Tarvisium, Parmam esse in propria libertate, Lucam
vero dari Communi Florentie, nihil obtentum est. Duo tum
exordia magni ponderis, et momenti eo tempore cepta
sunt. Primo Legati suprascriptorum Azonis, Marchionum Estensium, et illorum de Gonzaga qui publicaverant
venisse pro tractanda pace, ceperunt habere colloquium
de uniendo se cum Venetis, et Florentinis contra Dominos
de la Scala, quod non caruit effectu, ut paulo post infra
dicetur. Item Dux Franciscus, dum deambulando per
porticum Palatii ubi erant legati suprascripti nunc
cum uno legato separatim, nunc cum alio, et sic succes-
sive

lio

si v.

esse

tem

Dict

[illegible]
rum; dum intrinsici ipsam clauderent, quidam
miles Teutonicus se opponens inter ipsam et saracinescam incendio conflagravit. Sexto die Febbruarii
noctu tres viri audaces tractatu Venetorum, captis
custodibus, aperuerunt portam Sancti Ioannis, pontemque declinaverunt: tunc facilis fuisset ingressus, si
Petrus celerius affuisset. Interim quidam clibanarius
clamore excitavit cives et Teutonicos: predicti tres fugientes Venetias receperunt premium postulatum.
filius adolescens unius eorum capitur et suspenditur

penes portam. Guliclmus de Campo Sancti Petri abstulit furtive Triville, et rebellat illis de la Scala; idemque fecit Thisolinus de Campo Sancti Petri. Cittadella rebellat: rebellarunt Domini de Umigo de Monfumo; item castrum Sancti Zenonis et Azillum: illi de Montebelluna rebellant: postea redeunt et contra fidem datam spoliantur, et hec fuerunt anno predicto de Mense Martii. Vigesimo sexto dicti mensis illi de Conegliano qui antea defecerant, subjiciunt se Venetis et accipiunt ab eis Potestatem in mense Aprilis. Deficiunt a Scaligeris ad Venetos, castra videlicet Sancti Petri in Pabà, et Sigozoli. tertio decimo aprilis in die olivarum Petrus cum parte exercitus Buvolente se posuit in Burgo Sanctorum de XL. contra Tarvisium, et Veneti navigant contra Musestre. Azillum post impugnationem Venetis se subjecit, munitis victualibus et bellicis instrumentis. Venetorum exercitus qui erat contra Tarvisium Petrus noctu oppugnat, combuitque portam Sancti Thomasi, et sequenti nocte portam Sanctorum de XL. Intrinseci defensores scilicet Rebaldonus, Potestas, Gilbertus de Fojano, Palmerius de Sexo de Rogio combusti burgis obturant muro portas Tarvisii. Erat Tarvisium prius quasi castrum, expulsis quasi civibus universis. fugiebant Domine in habitu rusticarum. Domina Clara de Camino relicta comitis Rambaldi. capitur dum fugeret in habitu servitriis: spoliantur loca sacra, affliguntur pauci cives, qui remanserant muniis et datis. Quintodecimo Aprilis, Serravallum defecit ab illis de la Scala, et potestatem habuit de Venetiis. Petrus cum suo exercitu pervenit ad Brintham et strato ponte cum navigiis. Venetorum redit Buvolentam

Anno Domini 1337 de mense Martii Azo Vicecomes, Obizo Marchio Estensis, et Anchone Ludovicus de Gonzaga

generalis, Dominus Mantuæ, et Guido, Filippinus et Feltrinus filii dicti Ludovici firmant ligam cum Venetis et Florentinis contra illos de la Scala, duraturam usque ad eorum exterminium ita tamen quod dicta liga intelligatur duas habere partes: dicti Domini de Lombardia sint una, Veneti et Florentini sint alia: contributio expensarum fiat per tres partes; et tertiam partem contribuant dicti Domini, alias duas dicta communia. Albertus et Mastinus de se timentes commiserunt custodiam Paduæ, Marsilio de Carraria, hisque Paduanis civibus quibus magis fidebant: muniérunt omnes portas civitatis: Mastinus accessit Veronam, Albertus Paduæ remansit cum quingentis Teotonicis galeatis.
Guizello advocator Tarvisii cum licentia Mastini egressus Veronam, cum Meladusio filio suo accessit et Salem ibi procuravit habere, habuitque alios suos qui erant Veronæ, existensque in propria libertate ivit Venetios, seque cum castro suo in protectionem posuit Venetorum contra dominos de la Scala. Hic postea se apellavit capitaneum exercitus Venetorum a flumine Brintæ usque ad Plavim. Dum Advocator equitasset ad exercitum Venetorum contra Tarvisium, Ziliolus Advocator ejus frater, Gerardus de Baldachinis carcerantur cum aliis civibus Tarvisinis: Ziliolo retento, alii se pecuniis redimerunt.
Inito concilio cum Venetis et Lombardis invadendi Veronam, munita Burolenta, Marsilius de Rubeis duxit exercitum per Abatiam usque Mantuam, ubi erant cum copiis suis Azo, Marsilio et illi de Gonzaga et Luchinus Vicecomes qui omnia usque Veronam ferro et incendio vastarunt. Mastinus qui jam congregaverat ingentem et copiosam militiam, egreditur pro deserendo

in campo cum hostibus, et tunc decoravit honore militie Franciscum Canem filium suum. Marchionem Spinetam, Guidonem de Corrigio, et Paulum de Algeriis potestatem Verone (B) credentes vincere totius differendo, quam bellando, Mantuam sunt reversi. Mastinus existimans quasi fugam recessum hostium quarto Julii cum exercitu venit Carrariam, et cum Alberto fratre, Marsilio et Urbanitio de Carraria. qui illuc venerant cum Paduanis, contra Buvolentam duxit exercitus quem Petrus de Rubeis defendebat, cepitque viginti navigia Venetorum. que deferebant victualia Buvolentam. Mox Marsilius de Rubeis de Mantua duxit exercitum Anguilariam; opposuit se contra Mastinum ne transiret. Mastinus requirit Marsilium de Rubeis de bello campestri: recusavit Marsilius et simulans se velle per Caput ageris ire Buvolentam retrocessit. Tunc Mastinus duxit exercitum per Carrariam usque Noentam: quo scito Marsilius cum Petro frater se sapienter conjunxit. Hiis sic dispositis ordinatur campestre prelium; fiunt ~~spa~~ splanate: Mastinus festinabat ad illum prelium summa alacritate. habebat in suo exercitu, absque Latinis, quatuor milia galeatos: numquam ante tempus illud de quo erat memoria in Marchia majores, nec meliores convenerant copie. Petrus sperans Mastinum non posse longo tempore tantas copias sustinere, et putans etiam vincere diferendo, consilium suorum decrevit, tunc non congredi secum. Mastinus confusus propter infestationem Dominorum Lombardorum contra Veronam, per Peragam transivit Pergulam, omnesque villas traxit in cinerem, que tributarie fuerant Rubei in Sancti Petri, et advocatorie Tarvisii, et per Fontaniviam

transiens Brintham Veronam revertitur. Ibi die XXI Julii mille licentiavit Teutonicos quibus non poterant de stipendio satisfacere.

Anno Domini 1337 in eodem d mense Julii inter omnes suprascriptos colligatos ex una parte, Karolum primogenitum Johannis Regis Boemie nomine suo et Johannis fratris sui ducis Karinthie ex altera contrahitur, unio usque ad confusionem et destructionem illorum de la Scala. Tenentur Karolus et frater personaliter interesse huic bello, si videbitur colligatis: possint colligari sine ipsis fratribus facere pacem includendo eos in pace. Ipsi autem fratres non possint facere pacem nec treguam sine licentia colligatorum: Remaneat Karolo Bellunum jam deditum et Feltrum et Cadubrium, si ea aquisierint: de aliis civitatibus Alberti et Mastini quas ipse Karolus acquireret fiat, ut videbitur dictis Dominis Communitatibus et Dominis suprascriptis, secundum ordinationem lige, que est inter ipsa Communia et dictos Dominos. Habeat Karolus trecentos equites electos, et de liga ducentos quibus si diebus non venerit personaliter, preficiatur cum sua banderia quendam Nobilem, qui tamen obediat Capitaneo generali lige. Hic fuit ille Karolus qui diebus fuit Karolus Quartus Imperator Romanorum. Postea Karolus de conscientia Venetorum equitavit cum exercitu contra Cividadum, que terra obsidebatur a Rizardo de Camino cum gentibus Venetorum. Tunc Nmdrigotus de Mainchais ibi Capitaneus pro illis de la Scala, invasit plateam Cividadi et se in terra predicta suposuit dominio Karuli principis antedicti, qui cum gaudio omnium Cividadum intravit. Postea misso exercitu predicto penultimo Augusti

per deditionem habuit Feltrum victualibus carens. Interea tyranni de la Scala ab hostibus circumventi, undique premebantur. Petrus cum exercitu Buvolentum omnia usque Paduam, prędis, ferro, incendiis invastaverat. Erant Paduani omnibus suis frugibus, et proventibus spoliati, et tamen mutuis et datiis intollerabiliter urgebantur. Verona acriter infestabatur per Mantuanos et Lombardos, Lucha ab Zolando de Rubeis cum exercitu Florentino. Tarvisini inclusi et oppressi omnia castra amiserāt preter Mestre et Castrumfrancum, erantque Paduani et Tarvisini et omnes de dicta Marchia in tanta calamitate, ut viderentur ipsis mortuis invidere: multi mittebantur in carceribus, multi spoliabantur et pellebantur in exilium: adulteria crebra committebantur, stupra etiam in sacratissimis monialibus: jam orabant Deum pro successibus Venetorum, ultimam spem suę salutis et finem miseriarum post Deum reponentes in victoria et clementia Venetorum

Marsilius de Carraria secretis litteris et nuntiis sepe a Venetis requisitus de Padua dedenda juxta conventum foedus, post recessum Mastini observata opportunitate temporis, jussit Petrum cum exercitu Venetorum appropinquare moenibus Padue, qui 24 Julii duxit exercitum noctu et transiens per villam Turris se posuit Brusigaminum. Post transitum fluminis de industria oppugnat portam Sanctę Crucis, inde Petrus secreto accitus Marsilii venit cum quingentis Teotonicis ad portam pontis Corvi per quam jussu Marsilii clam apertam Petrus cum peditibus intravit, cumque ceteri milites sunt secuti, et per portam Sancti Stephani omnes qui intraverunt plateas ubi aderant in armis omnes illi de Carraria et alii nobiles

Paduam. Fit statim concursus populi, clamatur ab omni-
bus: benedictus Dominus Deus noster qui fecit redemptio-
nem plebis suę. Tunc jubente Petro, nomine Communis
Venetiarum dominium Padue, datur Marsilio de
Carraria. Eo die capiuntur Albertus de la Scala, Guius
de Fojano potestas Padue, et omnes Veronenses, et eorum
spoliantur domus: in furore vulgi quinque cives
jugulantur, quorum unus fuit Dominicus de Agra-
patis magnus advocatus, qui dicebatur conjurasse
cum Alberto de la Scala contra illos de Carraria.
Capiuntur quingenti Teotonici stypendiarii eorum
de la Scala. Marsilius tamen eos licentiavit cum
restitutione armorum et equorum suorum. Hęc
fuerunt anno Domini 1337 die dominico tertio
Augusti. Sexto Augusti supervenerunt Paduam.
Iustinianus Justiniano, Marcus Lauredano, et An-
dreasius Mauroceno Legati Venetorum ad Marsi-
lium de Carraria. Adunato consilio in conspectu
Marsilii et magnatum, et populi dictę civitatis.
Marcus Lauredano surgens, premissa salutatione
et lętitia habita de liberatione populi Paduani
a crudeli tyrannorum dominatione, asseruit Domi-
num Ducem, et Commune Venetiarum providisse
communi saluti omnium Paduanorum in exalta-
do Marsilium de Carraria ad dominium suę civi-
tatis, quia sciebant ipsum populum tractandum
et gubernandum juste et benigne ab ipso Marsi-
lio tamquam carnem a carne sua, et sanguinem
a sanguine proprio, et conservandum in longo
et pacifico statu: conversusque ad faciem Marsilii
suasit ipsum parte Domini Ducis et Venetorum

ut vellet populum Padue paterna affectione tractare. Marsilius assurgens in presentia ambasciatorum et populi ingentis retulit gratias Domino Duci et Communi Venetiarum et sponte confessus fuit recognoscere dominationem Padue ab ipso Domino Duci et Comuni Venetiarum, recensuitque ac dinumeravit magna beneficia retroactis temporibus collata per Venetos ipsis Paduanis, et in spetie quod Veneti ipsum populum exemerant a servitute Ezarini de Romano. Egit postea gratias populo Paduano, qui dominium civitatis semper civibus denegatum contulerat Jacobo de Carraria patruo suo, qui non potens illam tueri a violentia Canis grandis de la Scala, contulit ipsam Frederico Duci Austrie ne deveniret sub tyrannide dicti Canis: tandem propter malum regimen, ipse Marsilius electus Dominus Padue destitutus ab omnibus dedit Paduam predicto Canis cum pactis optimis pro populo, que ejus nepotes observare noluerunt, et concludit quod magis causa salutis populi predicti, quam alias dominationem dicte civitatis assumpserit, sperabatque in gratia et potentia Venetorum acquirere Montemsilicem.

De consilio Marsilii Domini Padue, Guecellini tempesta Advocatoris Tarvisii, Marci Cornario, Andreasii Mauroceno, Petrus Rosso Capitaneus generalis cum Ubertino et Marsilio Papafava, et Teotonicis equitaverunt contra Montemsilicem. Septimo Augusti Petrus fortiter pugnans contra Montemsilicem ictu lancee letaliter vulneratus quod vulnus alta mente contempsit. Sequenti die receptis sacramentis ecclesie fuit missam devotissime celebrare, et statim consacrato corpore Cristi expiravit. Veneti, Paduani, Teotonici eque singulari tristitia dolueront: multi etiam Latini, et Teotonici se nigris vestibus induerunt

Nobiles viri illum ad ecclesiam fratrum minorum colatis
capitibus portaverunt. Lamenta planctusque omnium ad
plenum refferre non posset. Fuit miles magne stature
fortis et audax sed absque crudelitate, optimus militie
gubernator a Teotonicis tantum dilectus ut eum suum
patrem, et dominum appelarent, tantae curialitatis
et largitatis ut via sibi equum et tunicam retineret, et
tamen vir castus et religiosus erat. Obiit anno sue etatis
XXXVI. Marsilius de Rubeis ejus frater expiravit XIIII Au-
gusti insimul mortis fratris, anno sue etatis quinquage-
simo. Fama fuit quod tractatu illorum de la Scala per
medium illorum de Corrigia in Parma potionem
habuerit venenosam, quare ex tunc usque ad mortem
sinistra valetudine laboravit. Este recuperatur Ro-
landus de Rubeis fit Capitaneus generalis, et quia tunc
gig vigebat exercitum Florentinum contra Lucam,
contra Montemcatinum exercitum duxit. Veneti ad
custodiam Tarvisini districtus mittunt Andream
Maurocenum cum quingentis Teotonicis. Venetis
traditur Mestre pro ducatis duo milibus anno domini
1337 sexto septembris. Marsilius de Carraria dominus
Padue accessit Venetias. Tunc ordinatum est ~~Marsi-~~
~~lius de Carraria~~ quod Albertus de la Scala duceretur
Venetias, eidem Alberto roganti de sua salute Marsi-
lium, respondit Marsilius. Mastinus frater vester
poterit vos liberare a carceribus si se inclinaverit
ad obedientiam Domini Ducis, et Communis Venetiarum.
Karolus antedictus qui postea fuit imperator, post
acquisitionem Feltri et Cividadi de mense Augusti
venit Venetias, obtulitque se Duci et Communi Vene-
tiarum contra Mastinum, misitque validas copias

galeatorum in suplementum exercitus Veneti contra Montesilicem. Andreasius Maurocenus fit potestas Paduę, et refutat. Postea eligitur Marcus Cornario
Azo Vicecomes inito tractatu cum Brixiensibus, misit Brixiam mille quingentos milites, et auxilio intrinsecorum expugnant civitatem veterem. Deinde Corradinus Capitaneus pro dicto Azone oppugnant civitatem novam, et illam combustis portis vi obtinuit. Item castrum obtinuit situm in summo montis. Mastinus anxie suspirat: implorat undique auxilia, et nullus subvenit, nam raro inveniuntur in adversitate subsidia. Mastinus eisdem diebus contulit se Vigezolum Castrum Paduani Districtus Marchionibus Ferrarię quod fuit argumentum discordię inter Marchiones et Paduanos. Rolandus Rubeus Capitaneus generalis per pontem passus de Este duxit exercitum contra Veronam, populanturque omnia usque ad portas de mense Decembris demisso Ubertino de Carraria cum exercitu contra Montemsilicem. Colligati omnes congregantur Venetiis pro pace: dictis autem per eos legatis Mastini conditionibus pacis. Mastinus non acquievit et implorat auxilium contra Venetos a Ludovico de Bavaria. Ille promittit auxilium habitis obsidibus. Mastinus dat ei Piscariam et Franciscum Cavernelium suum, et aliquos nobiles Veronenses, nec subvenitur. Mastinus deceptus tendit cum exercitu contra Piscariam. Teotonici qui intus erant, deficiunt a Ludovico, et castrum cum filio restituerunt Mastino.
Marsilius Dominus Paduę decedens de beneplacito, et expressa voluntate Ducis et Comunis Venetiarum instituit successorem suum Ubertinum de Carraria

consobrinum suum die X Martii 1337. fecitque deponi Venetias C.7 Ducatorum, et fabbricari et dotari Ecclesiam Sanctæ Mariæ in Iudaichis dimissis Commissariis Procuratores Sancti Marci. Post strictissimam obsidionem Montissilicis, Rolandus de Rubeis Capitaneus generalis. Guizello Advocator Tarvisii Tartarus de Lendinaria. Marcus Ruzini de Venetiis duxerunt exercitum juxta villam Montisfortis, nunc contra Veronam nunc contra Vincentiam discurrentes. Rolandus de Rubeis liberat Montalcum ab obsidione Mastini et illo fugato munivit castrum predictum. Equitabat Mastinus contra Paduanos, et Teutonicos qui castrametati fuerant in Insula de Longare, et dum pugnasset per terram et aquam duobus diebus, tandem submersis suis navigiis, inde vituperose fugantur. Facta iterum congregatione Venetiis pro pace, Mastinus noluit parere conditionibus. Ubertinus de Carraria habuit burgum Montissilicis datis ducatis octomilibus stypendiariis dicti loci, et salvo conductu propter quæ in manibus Venetorum custodes arcis Montissilici tradiderunt illam cum Florenio, qui ibi presidebat nomine Mastini, Ubertino domino Paduæ qui dictum Florenium suspendi mori jussit.

Mastinus secrete tentavit habere Montagnanam tractatus non latuit Venetis, unde caute jusserunt quingentos Teutonicos de exercitu equitare Este Bonani. Hic transeuntes per pascua Tarvisii posuerunt se in insidiis, prestolantes adventum Marchionis Spinetæ et Guidonis de Fojano, qui cum Teutonicis de Verona veniebant Montagnanam. Contra hos irruerunt gentes Venetorum, illosque profligant.

fugit Marchius Spinetę: capti sunt Guido de Fojano, Gilbertus frater suus, et alii quattuor de Fojano, viginti paudrari et ducenti milites. Hoc anno Domini 1338. Ubi Andreasius Mauroceno honore militię decoratur.

Rolandus de Rubeis Capitaneus generalis movens cum exercitu, et transiens per pontem Brentę de Vigontia per Liminam equitavit diu noctuque insiis inimicis usque Vincentiam, et intravit dictę civitatis suburbia scilicet Pusterlę, Portę novę et Sancti Fixii. Vicentini autem inclusi a Teotonicis de propriis domibus pellebantur, tantisque gravitatibus opprimebantur, ut uxores et filii mendicare cogerentur. Extrinsecus Teotonici qui erant in burgis omnia predę exponeraut. Strata quę erat inter Vicentiam et Veronam, ita erat occupata a gentibus ligę ut nullus per eam tutus transire posset, quia castrum Brendole et Monticulum rebellaverant Veronensibus et Vicentinis. Mastinus sciens Vincentiam obsessam, nec ei ferre posse auxilium, terrore confusus ingenti, cępit de omni successu desperare, et tamen aliqui ejus potentissimi inimici subracti fuerant ab humanis, scilicet Petrus et Marsilius de Rubeis fratres, Marsilius de Carraria, Antonius de Lucio, Guizello Advocator Tarvisii, et Tartarus de Leudinaria.

Tandem Mastinus de superbia in humilitatem conversa pacem petiit, et anno Domini 1338 die XXIIII Januarii in Venetiis ipsam obtinuit beneficio Venetorum his pactis et conditionibus inter cętera quod Veneti habeant Tarvisium cum toto districtu suo, et cum omnibus castris et fortilitiis quę et quas ipsi Mastinus et Albertus tenebant, cum omnibus suis juribus et jurisdictionibus, dominiis et honoribus. Item habeant Veneti

Castrum Baldum cum muris pertinentiis et juribus a parte Atesis versus territorium Paduanum sicut teneri consueverat per Commune Padue. Item habeant Bassanum libere et expedite. Item quod aqua Padi sit libera. Non possint dicti Domini nec aliqui pro eis in Hostilia nec alibi in Pado accipere aliquid a mercatoribus, inde transeuntibus, nec eis facere aliquod impedimentum: pacta antiqua observentur. Commune Venetiarum dedit Ubertino de Carraria Domino Padue Bassanum, et castrum Baldum, ita tamen quod fortilitium Castribaldi a latere versus Veronam debeat everti, et nullo tempore aliquid exigi debeat apud dictum castrum nec alibi occasione dicti castri ab aliquibus transeuntibus cum rebus et mercationibus per aliquos de Carraria seu Padue, vel per alios ullo modo. Relaxati Albertus de la Scala et reliqui hinc inde carcerati. Habuerunt Florentini Pesciam, Bujanum, Collem et album passum civitatis seu districtus Lucani. Confirmata pacta Ubertino de Carraria, ratificavit omnia predicta Albertus de la Scala; Karolus et Johanes filii Regis Boemie includuntur in pace si vellint, Ricius de Caldonario si ipsam voluerit pacem et habeant terminum trimensium ad respondendum si vellint. Ricius de Caldonario si ipsam voluerit pacem restituat Marosticam illis de la Scala, quam acquisivit tempore dicte guerre: aliter dicta Communia non se impediant nisi gratia concorde. Pax predicta ratificata a dominis Lombardie, Rubei, Vicarii, Vicentini, Monticuli, et alii Castellani et omnes partium adherentes in pace inclusi sunt.

Generale pondus hujus belli, experientia teste, recubuit in humeris Venetorum, omniaque pugnandi consilia in eorum Senatu et Collegiis agebantur; Florentini

mine intenti erant in Luchani, Azo Vicecomes in Brixiam, Mantuani et Ferrarienses in castra quędam conterminia finibus suorum districtuum, filii Regis Boemię contra Feltrum, Cadubrium, et Bellunum. Veneti vero totam molem belli impugnabant, robur potentię tyrannorum contra Paduam, Tarvisium, Vincentiam et Veronam.

Perfecto bello Florentini restarunt dare Venetis de contributione debita occasione ligę ducatos auri XXXI^m VII^c XVIII grossos V parvos XVII.

Franciscus Dandulo Dux XL anno sui Ducatus cum gloria gestarum rerum in bello predicto, et exaltatione famę Venetę decessit, sepultus in Monasterio Sanctę Marię ordinis fratrum Minorum. 1339

1329 ①

Franciscus Dandulo dictus Canis quod cognomen exortum fuit a quodam de stirpe suę prolis, et non ut fert vulgus a legatione habita ad summum Pontificem pro pace Ferrarię, Dux eligitur ordine antescripto anno Domini 1329 de mense Januarii. In introitu Ducatus hujus Ducis cepit esse penuria frumenti. Mittitur ergo Nicolaus Falerno cum galeis et aliis navigiis qui de partibus Siculię adduci facit copiosam quantitatem bladorum. Eo tempore duę Galeę redeuntes de Flandria capiuntur a piratis Januensibus de Monacho. Thomas Viaro Capitaneus Gulphi obviam habuit sex Januensium galeas, habitoque cum illis colloquio, asserentibus se amicos et pacifice navigare, licentiantur a capitaneo predicto, qui redargutus ab aliquibus insecutus est eos, et congressus cum eis vincitur amissis quinque galeis reversus Venetias cum tribus, mulctatur carceribus, magis quam potuit colloquium cum eis, et fide data congressus fuerat: qua ratione conflictus.

Hic Dux primo cudi fecit monetam dictam Mezanini quę erat medietas unius grossi.

Incipiente florere potentia Alberti et Mastini de la Scala [illegible]

[illegible]

facem, reddito Venetis Castro Vallis: adjectis his conditio=